

2667

CODICES

2668

opera terribilia fienda propter iniquos &c. Glossae Bobemicae hinc inde insperfae horum Sermonum patriam produunt.

passim insperfas fol. 39. p. 2. Sermo integer de Purificatione B. V. M. hac lingua comparet. Rarior fortasse Sermo latinus est, fol. 124. inscriptus *Marie niuis.*

DCCI.

DCCIII.

534 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 176. 4. caractere crasso perscriptus *Sermones* sacros continet in *Epistolas et Evangelia a Paschate* usque ad *Pentecosten* in Ecclesia legi solita, Evangeliiis integris non raro praemissis. *Sermo Primus* ita exorditur: *Hodie in hac magna et gloriosa sollemnitate celebramus et recolimus, et deo deus omnipotens quod ponderose et deuote recolamus illam gloriosam domini saluatoris nostri resurrectionem &c. Glossae Bobemicae* frequenter insperfae et totus *Codicis* habitus verifimile faciunt, eum quoque olim *Wenceslai Rossii* Bibliothecam auxisse.

536 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 197. 4. luculente exaratus continet: I. *Sermones* sacros ab initio *Quadragesimae* usque ad *feriam III. post Pascha*. Initium *Sermonis* I. in capite *Jejunij* est: *Sancta mater ecclesia iam isto tempore quasi ex sompno populum excitat ad penitentiam &c.* In his *Sermonibus* Orator non continuo, ut mos, ad exponendum *Diei Evangelium* adgreditur, sed quaedam in *Epistolam* praefixam commentatur. Non desunt *Glossae Bobemicae.*

II. fol. 156. absque Titulo *Institutiones de Fide et Symbolo Apost. de Praeceptis Decalogi, Oratione Dom. Peccatis novem alienis, octo Beatitudinibus, Peccatis mortalibus, de Creare, de Credere, de Remissione Peccatorum, Obedientia, Excommunicatione et Simonia.* Initium: *Cum quilibet christianus usum rationis retinens tenetur deum super omnia diligere &c.* Priores tres *Articuli*, neque hi quidem integri, exhibentur in *Opp. Job. Huffs* edit. 1715. P. I. p. 38. tanquam in *Carcere Constant.* ab eo conscripti. Igitur dicendi erunt *Editores* mancum *Exemplar* naeti fuisse, *Lectorique* suborietur *du-bium*, an, quod ajunt de *Carcere*

DCCII.

535 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. nunc 182. 4. medio concerptus et sine mutilus, ejusdem cum praecedente habitus, et, ut puto, *Possessoris*, continet *Sermones* sacros in complures *Dies festos*, initio ducto a *Festo Thomae* *Apost.* hoc tenore; *Thomas unus de duodecim qui dicitur didimus. Job. XX°. Pueri dilecti hodie sancta mater ecclesia celebrat festum &c.* Itaque catechetica est *Diatio*. Adfunt *Sermones* de *SS. Vito, Procopio et Ludmilla*, et praeter *Glossas Bobemicas*

Con-

2669

HOMILETICI

2670

Constant. firmo pede consistat. Sex ultimi opusculum illud de Sex Erroribus constituunt, quod edit. cit. p. 237. Pragae parietibus Bethlemiticis inscriptum fuisse dicitur a. 1413.

III. fol. 178. p. 2. *Hec sunt collecta per venerabilem Jobannem de buffynecz magistrum arcium et Bacal. S. Theoloye formatum.* Excerpta varia e *Bernbardo, Gregorio, Hieronymo, Ambrosio, Job. Chrysofomo, Isidoro, Beda, Anselmo*, inter quos tamen etiam *Doctor evangelicus i. e. Job. Wicleffus* comparet. Ne quid vero dissimulem, animi pendeo, an adlata Inscriptio non sit potius clausula praecedentis Catecheseos, quam Titulus horum Συγγραμμάτων.

IV. fol. 190. absque Titulo Tractatus scholasticus de Excommunicatione. Incipit: *Credo communionem sanctorum &c.* Scribitur in *Symbolo apostolorum quia spiritus sanctus habitat in sanctis &c.* Post querelas de abusu Censurarum haec legas: *Ideo ex permissione matris mee alme uniuersitatis studij pragen. iuxta conclusionem eiusdem assumpsi tractandos articulos duos (nempe 11. et 13. e 45. damnatis Wicleffi, ut dixerat ante) si deus tribuerit de excommunicatione loquentes quorum primus est consequens. Nullus prelatatus debet aliquem excommunicare nisi prius sciat ipsum esse excommunicatum a deo. Secundus, qui sic excommunicatus (omissum: dimittit predicare vel verbum dei audire) ex hoc fit hereticus vel ex-*

communicatus &c. Job. Hussus in *Tract. de Ecclesia* edit. cit. P. I. p. 311. testatur *Fridericum Epinge Baccalaureum Iur. Can.* solennem positionem fecisse, sed tantum de priore Article, et en illam, ut ex aliis Codicibus liquet, quos in *Indice* habes. De tempore Scriptionis aliquid ex eo statui potest, quod *Pragena* Articulorum *Wicleffi* condemnatio in annum 1408. cadat.

DCCIV.

Codex chartaceus lat. boh. 548
Sec. XV. Folior. 375. 4. maximam partem caractere crasso exaratus, olimque *Wenceslai* saepe memorati *Roffii* complectitur *Sermones* sacros tam de Tempore, quam de Sanctis per annum, quorum primus: *Infra Octauam natiuitatis Jesu christi* in illud: *Puer autem crescebat et confortabatur. Luc. 2.* hoc initio: *Bene puer dicitur christus &c.* Ultimius: *In festo laurencij* in illud: *Nisi granum frumenti cadens in terram &c.* hoc initio: *Quilibet fidelis christianus si vult venire post christum &c.* Multis phrasibus *Bobemicis* passim conspersi sunt. Fol. 40. miniatam hanc Notam adscripsit *Librarius: Annod. MCCCCLXI.* — — hoc anno et eodem tempore sub rege *Georgio* qui fuit dominus et scutifer de kunstat alias de podiebrat electus fuit in regem *Bobemie* per barones et communitates ciuitatum eo tempore legati seu ambasiatores ad apostolicum qui tunc fuit electus in papam *Pius* (Aen. Sil-